Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

reuelans mysteria. Frustra igitur ab ho
minibus querit in terra quod dominus nouit in
coelo. Et occulte retrahens eum a multorum
deorum cultu. ad unius dei noticiam dirigit.
Qui indicauit tibi rex nabuchodonosor
que uentura sunt nouissimis temporibus.
Absque adulationis uicio ueritati sociata
blanditur ut regi. quod illi a deo sunt myste
ria reuelata que nouissimis sunt uentu
ra temporibus. Nouissimi autem dies aut ex
eo numerandi sunt tempore quo danieli
somnium reuelatum est usque ad consummatio
nem mundi. aut certe hoc sentiendum quod
uniuersa interpretatio somnii tendat ad
finem in quo imago statue que cernitur
conterenda est. Somnium tuum et uisiones ca
pitis tui in cubili tuo huiuscemodi sunt.
Non dixit uisiones oculorum tuorum ne quod pu
taremus esse corporeum. sed capitis. Sapien
tis enim oculi in capite eius. in principali
uidelicet cordis. iuxta illud quod in euangelio
legimus. beati mundo corde quoniam ipsi